

Responsalis ad quendam qui miserat^{a)}, quod imperator decessisset et sic per consequens tota ipsius domus^{a)}.

Variis depicta pavonis^{b)} coloribus^{b1)} ad instar epistola pridem a vobis^{c)} missa non tamen remissa pervenit ad itineris sui metas²⁾, que licet in enigmatibus michi sub caligine loqueretur, ut vestre^{e)} sciencie^{e)} abissum^{f)} ex tanta verborum detegeret maiestate^{g)}, suam tamen intencionem^{h)} nutibus intellexi; nec ad responsionem, novit deus, calamus tamdiu vacavit, ut remitterem vobis epistolam arte diutinaⁱ⁾ laboratam, sed quia mutum^{k)} verebariⁱ⁾ ponere^{m)} os in celum³⁾, eo quod sacrilegii quodammodo censetur ad instar de factis principum disputare⁴⁾. Stupebat pretereaⁿ⁾ pusillum mee mentis ingenium dictaminis vobiscum intrare palestram⁵⁾, qui de pharetra^{o)} vestra fulgura^{p)} sagittastis^{q)}; non debet debilis pugnare cum forti, accipiter volare cum aquila, non pardus de viribus contendere^{r)} cum leone⁶⁾. Illud verumtamen nequirem^{s)} ullatenus silencio preterire, de orientali videlicet aquila quam dicitis occidisse, que sit^{t)}

a) miserat — domus L; dicebat imperatorem decessisse B, C. b) umgekehrt B, C. c) nobis L. d) fehlt B, C. e) vestram scienciam L. f) abyssum C. g) manifeste C. h) sentenciam L. i) diutinam C. k) danach fre getilgt L. l) ferebat L. m) übergeschrieben L. n) propterea L. o) pfaretra C. p) fulgora L; vulgura C. q) sagittatis B, C. r) intendere L. s) zweimal B, C; das zweite mal getilgt B. t) danach processit getilgt L.

¹⁾ Vgl. colorum purpureis floribus depinxere, *Adhortatio* 7; picta fraude; litteras ... per quas pingebamur; mendacium, quod in pictum est, fucis adulteris extiterit coloratum (BF. 2207, *Text des Briefes ungedruckt*;) L, f. 57; ecclesia imperatrix, cornix pennis sophistice pavonis induta, *Brief Manfreds*, *Const.* 2, S. 562 Z. 13.

²⁾ Vgl. pagina ... metas attigerat, *Huillard-Bréholles*, *Vie de Pierre de la Vigne* (1865) *Doc. Nr.* 92; ad metam perveniat, *ebda.* 93; perveniens ... ad decreti temporis metam, *ebda.* 99.

³⁾ Vgl. mutum non vereor ponere os in celum, *Adhortatio* 3; vgl. *Ps.* 72, 9.

⁴⁾ Vgl. *Const. Regni Siciliae* 1, 4 (*Rex Rogerius. Ed. A. Cervone*) S. 15—16: Disputare de regis iudicio, consiliis et institutionibus factis non oportet. Est enim pars sacrilegii disputare de eius iudiciis, factis et constitutionibus atque consiliis. Vgl. *Cod. Inst.* 9, 29, 2 (sacrilegii enim instar est ...); *Cod. Inst.* 1, 23, 5 (sacrilegii instar est ...); *Cod. Theodos.* 1, 6, 9. Für die staatspolitische Bedeutung dieses Satzes vgl. E. H. Kantorowicz, *Mysteries of State*, S. 69 ff. Unsere Stelle zeigt, wie der Satz bereits außerhalb der eigentlich juristischen Sphäre lebendig wird.

⁵⁾ Vgl. ad palestram dictaminis ... inutilis, *Huillard-Bréholles*, *Vie Nr.* 97;; grandiloque Rhetorica diva partes in eius agone solennibus exercitiis militantes, *Adhortatio* 7.

⁶⁾ Vgl. *Brief des Magisters Petrus von Teano an den apostolischen Notar Johannes Romanucci um 1270*, *Hs. Bern, Stadtbibliothek* 69 f., 136, wo umgekehrt von dem Adressaten gesagt wird: Ceterum cum ad aves volare non curet aquila minimas aut leonis currere magnanimitas ad formicas, parcat de cetero ruditati Petri lapidee ...